

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Exerc. 1. De Mortis Naturâ, Conditionibus, Effectis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

tris &c.
n dele in
tate me
iquitatem
li peccati
am maxi
am te De
cce tibi si
e solum de
Sanctissim
peccavi,
imulabam
n te feci:
& illigari
lum coram
i soli, cre
redemptio
ate, maj
omeo, Do
m, Chan
testor, &
item mea
inis & mi
& amori
ationis tu
tum mea
ue compl
meam:

EXER

Exerc. I. De Mortis Natura, Condit. Effect. 515

EXERCITIORUM

P A R S XVI.

De Morte.

EXERCITIUM I.

De Mortis Natura, Conditionibus, Effectis.

1. **C**onstitue te in statu moribundi, ac in vicino, seu proximo morituri: executurique jam in seipso, decretum mortis: de quo Paulus disertè pronuntiat; *Statutum est omnibus Hebr. 9.27. bominibus semel mori: post hoc autem Judicium.*

2. Considera: naturam mortis, seu mortem, esse privationem Vitæ, excessum Animæ de corpore, sive, desinere animam informare, ac vivificare corpus. Item, dissolutionem ejus Compositi, ac Personæ, quæ est, homo, ex animâ & corpore compositus: qui enim mortuus est, jam non est amplius Homo, nec persona ejus: esto Anima & Corpus supersint, at sejuncta. Atque ex hoc capite, mors naturaliter timetur: quia morienti Esse suum aufert: quod ab omnibus, præ omnibus diligitur.

3. Considera conditiones mortis: harum; Prima est certitudo, & infallibilitas, seu inevitabilis necessitas: quâm enim quis nostrum Homo est, tam mortalis est, & mortis necessitati subjet:

Kk 2

cet:

DYUZ

CKL
CLASSE

II

V

516 Exerc. I. De Mortis Natura,

cet: eò quod ex contrariis, inter se pugnantibus
ac mutuo sese corruptentibus, consequenter
compositum de se destruentibus, compositi &
compacti sumus. Huc accedit pæna mortis cui
que nostrum propter peccatum debita, & decre-

ta: *Morte morieris.*

¶ Reg. 14.44. Secunda incertitudo & fallibilitas mortis

Matt. 24.42. de quâ Dominus crebrò admonet: *Vigilate*

Luc. 16.2. *quia nescite diem, neque horam: quia nescitis qua*

hora Dominus vester venturus fit, ad auferendam
te Animam tuam, & villicationem tuam, & repon-
scendam abs te rationem tuam. Accedit ad hanc
qua nec tempus, nec locus, neque genus mortis
cuiquam certum est: omni enim tempore mori
possimus, omni etiam loco, & genere mortis o-
mni: quæ omnia experimento in numero con-
perta sunt.

Tertia conditio: quia velocissimè advenit
quàm citò effugit tempus, & cum tempore evo-
lat vita nostra nobis, tam citò advolat mors nobis:
Nihil enim est aliud nostrum vivere quàm con-
tinuum emori: sicut nihil est aliud Lucernæ arde-
re ac lucere, quam continuatum absumi, & desperare:
Inde monitum nobis datur; *Mors non tardat.*
Potest sisti motus cælorum, & cursus temporis
at vitæ nostræ excursus; & mortis accursus fini-
non potest.

Quarta conditio mortis est: Incertitudo mortis est,
& sortis ejus: quis enim sibi potest polliceri: quae
moriturum morte v. g. Justorum: Morte sanctiori, cum
rum Dei, pretiosâ coram Deo! & non morte im-
piorum pessimâ? quis non salvasset Judam, Apo-
stolum videns: quis non perdidisset Latronem, vel i-

latroci
& con-
feriori

Qu
vitâ ne
ubi ad
mercat
ternæ s
tempus
Ecce nu

Sex
gibilita
mel tan
semel t
est: ide
stivè pr
riendur
mori?

optare,
valde fa

4. C

Primus
quascut
experie
affirmat
non sum

fieri: pr

ejus. N

Iatrocinantem cernens? Cadunt columnæ Cæli,
& confringuntur: contra, quidam ex inferno in-
teriori eruuntur.

Quinta conditio mortis est: quia in hac solâ
vitâ negotium mortis percurari, & transfigi potest:
ubi ad mortem venitur, janua clauditur: & dies
mercatus elabitur: nec licet emere quæ saluti æ-
ternæ serviant. Unde nobis dicitur: Ergo dum Galat. 6. 10.
tempus habemus operemur bonum. Et iterum:
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2. Cor. 6. 2.

Sexta & ultima mortis conditio est incorri-
gibilitas: in morte certè bis non datur errare: se-
mel tantum moriendum, semel experiendum,
semel tractandum, & ultimò negotium mortis
est: ideo ante mortem bene & seriò, & tempe-
stivè præcogitandum, prævidendum, præexpe-
riendum est, quomodo velim, quomodo debeam
mori? In horâ mortis, mori discere, & non errare
optare, ac sperare; grandis insanìa, periculosus
valde saltus est.

4. Considera effectus mortis.

Primus est ablatio & ereptio omnium rerum
quascunque habuit, amavitè homo. Probat id
experientia omnium hactenus mortuorum:
affirmat & scriptura dicens; Homo cum interierit Ps. 48. 18.
non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria
ejus. Neque id mirum: imò impossibile aliter
fieri: propterea, quia; Secundus effectus mor-
tis est, Hominem homini, id est, sibi ipsi eri-
piere: quid non eripiat ex rebus ejus mors homi-
ni, cum ipsum hominem eripiat homini?

Tertius effectus mortis: referatio, seu in-
am, Apochoatio Æternitatis, & quidem vel felicis ac bea-
Latronem, vel infelicis ac miseræ. Sicuti enim cursus

vitæ nostræ præsentis, ratioque vivendi in præsenti, à nobis ducta, est quædam vel textura, vñ ædificatio æternitatis, beatæ quidem Vitæ bonæ. Miseræ autem vitæ malâ: sic finis hujus Vitæ clavis est Æternitatis, & referatio vel hujus, vñ illius. Vita benè usque ad finem ducta, seruans & ostium Æternitatis infelicis non referat: sed neque Vita mala, male conclusa, januam æternitatis beatæ apta est, aut potest aperire.

Gal. 6. 10.

5. Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Præmittamus vitam bonam, bonæ morti, beatæ æternitatis portam nobis aperturæ: error in morte, errorum error est: irremediabilis, incorrigibilis, indeflebilis error: abyssus errorum omnium miserabilium, sed maximè ex eo, quod æternorum. Omnes alii hujus vitæ errores, hâc vitæ utcunque corrigi possunt: at error in morte error æternus est: ac ideo neque in hoc, neque in futuro seculo, corrigi potest. Hanc igitur cardinalis prudentia est; Per bonam, & sanctam vitam præsentem, venienti morti errorum omnium obserare januam.

P R A X I S.

Sive Oratio pro Vitâ bonâ, & sanctâ Morte.

DEUS, sub cujus nutibus vitæ nostræ præsentimenta decurrunt: suscipe preces humiliter nati clamantium: ut hanc quidem mortalem vitam omnem, juxta sanctissimam Voluntatem tuam, abundantia bonorum operum, auxiliante gratia tua, semper decurramus: ejus verò decursum, sancto, pleno, & tibi placito fine, per Filii tui, & Matr.

c.
Exerc. II. De vario, & de optimo genere &c. 519
eius, Electorumque tuorum merita, & per miseri-
cordiam tuam concludamus.

EXERCITIUM II.

De vario, & de optimo genere Mortis.

1. Constitue te in statu moribundi, morien-
tisque, saltem in proximo, & certo:
tanquam ejus, qui responsum mortis acceperis
tam à Deo, quam à Medico, quam ab Amico:
quam à te ipso, jam in naturæ viribus deficiente,
morboque urgente.

2. Adverte, varia esse mortis genera. Est
enim mors naturalis, seu corporis: cum vitâ,
seu Animâ privatur: & huic; tum ex naturâ no-
strâ corruptibili, tum ex pñâ peccato inflictâ
subjacemus. Et hæc mors, neque mala, neque
bona est moraliter: naturæ tamen malum est:
hæc enim appetit conservari in Eſſe, iſta autem
tollit eſſe.

3. Est mors Animæ, quæ & spiritualis voca-
tur: & hæc semper tantum moralis. Nam Ani-
ma cùm sit purus Spiritus, immortalis est Phy-
sicè, & incorruptibilis naturâ suâ. At Morali
morte Anima varie moritur. I. Est enim Animæ
nostræ Mors quædam optanda, & curanda: at-
que augenda, & defendenda in nobis à nobis:
de cuiusmodi morte Paulus intelligendus est;
cum ait; *Mortui enim eſtis, & vita vestrâ abscondi-
ta eſt cum Christo in Deo.* Hac morte morimur in
tuam, in Baptismo: ubi in Christo morimur, imò & se-
e gratia pelimur, mundanis, & carnalibus desideriis, at-
que concupiscentiis: dæmonis quoque servituti
& peccatorum tyrannidi. Hanc mortem Domi-

Coloss. 3. 3.

Kk 4

nus